



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Aggregatio Monasterij Casinensis ad Congregationem S. Iustinæ. cap. XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

latus 88. creatus anno 1471. circa calendas Septembris; gubernavit annis 14. mens. 1. dieb. 19. Obiit Romæ peste anno 1485. die 14. calendas Nouembris, in absida tituli sui sepultus. Factus est autem Commendatarius à Papa Sixto III. anno prædicto, cum esset ipse Ioannes Prothonotarius Apostolicus, & Clericus Neapolitanus: Gubernavitque Monasterium per Ludouicum de Boris Episcopum Aquilanum, qui obiit Casini anno 1485. pridie Idus nouembris. Vacauit Monasterium diebus 25.

Ioannes II. de Medicis, Florentinus, Prothonotarius Apostolicus, deinde S. R. E. Card. S. Mariæ in Dominica, & postmodum, Papa Leo X. Commendatarius quartus, & Prælatas 89. incepit anno 1485. die 14. Nouembris: Gubernavit annis 19. diebus octo, & iubente Papa Iulio I. L. Abbariam in manus eius resignauit anno Domini 1504. die 10. cal. Decembris. Obiit anno 1521. Romæ, iplis calendis Decembris, ad S. Mariam super Mineruam sepultus.

Aggregatio monasterij Casinensis ad Congregationem Sanctæ Iustine. Cap. XV.

ANNO Dominicæ Natiuitatis 1504. die 22. mensis Nouembris, cum Ioannes de Medicis, S. R. E. Card. & Commendatarius Casinensis, liberè Commendæ dictæ Abbatie cessisset, eodem die Iulius Papa II. Casinense Monasterium uniuert Congregationi nostræ S. Iustine de Padua; Voluitque prædictus Pontifex, ob honorem tanti monasterij, ut deinceps, Congregatio Casinensis, aliàs S. Iustine de Padua nuncuparetur. Eius uerò possessionem solenni pompa ceperunt RR. nostræ Congregationis Patres anno sequenti, die 12. Ianuarii: In qua R. P. D. Eusebius de Mutina, Abbas S. Petri de Perusio, dictæ nostræ Congregationis Præsidents: & R. P. D. Ignatius Abbas S. Mariæ Florentiæ, & præfatæ Congregationis Visitator, cum Monachis centum affuerunt. Vnionis autem prædictæ Bulla, Iulii II. extat cum alijs nonnullis, post finem chronici Casinensis excusa.